παίδων ἀγωγῆς ἄκρως συντεταγμένος. ἔφασκε
γὰρ δεῖν παρεζεῦχθαι τοῖς παισὶ τὴν αἰδῶ καὶ
φιλοτιμίαν, ὡς τοῖς ἵπποις μύωπα καὶ χαλι-
νόν. [2] τὸ δ' ἐκφραστικὸν αὐτοῦ καὶ περιγεγονὸς
ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ φαίνεται κἀνθάδε. φησὶ γὰρ τοῦ-
τον τὸν τρόπον ἐπὶ παρθένου πενιχρᾶς, Βαρὺ γὰρ
φορτίον πατρὶ κόρη, διὰ σπάνιν προικὸς ἐκτρέ-
χουσα τὸν ἀκμαῖον τῆς ἡλικίας καιρόν. διὸ δὴ
καί [3] φασιν Ἀντίγονον ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο εἰπεῖν,
ὡς οὐκ ἦν ὥσπερ μήλου τὴν εὐωδίαν καὶ χάριν
ἀλλοθί που μετενεγκεῖν, ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἀν-
θρώπου, καθάπερ ἐπὶ τοῦ δένδρου, τῶν λεγομέ-
66 νων ἕκαστον ἔδει θεωρεῖσθαι. * τοῦτο δὲ, ὅτι ἐν
μὲν τῷ λέγειν γλυκύτατος ἦν· [4] παρ' ὃ καί τινες
τὸ γάμμα αὐτοῦ τῷ ὀνόματι προσετίθεσαν. ἐν δὲ
τῷ γράφειν ἀνόμοιος αὐτῷ. ἀμέλει γοῦν καὶ ἐπὶ
τῶν μεταγινωσκόντων, ἐπειδὴ μὴ ἔμαθον ὅτε και-
ρὸς, καὶ εὐχομένων, τοῦτον ἐκαλλιλέκτει τὸν
τρόπον. ἔλεγεν αὐτῶν κατηγορεῖν, ἀδυνάτῳ μη-
νύοντας εὐχῇ μετάνοιαν ἀργίας ἀδιόρθωτον. [5] τούς
τε βουλευομένους ὀρθῶς, διαπίπτειν ἔφασκε τῷ
λογισμῷ· [6] οἱονεὶ στρεβλῷ κανόνι βασανίζοντας
εὐθεῖαν φύσιν, ἢ πρόσωπον ὕδατι κλυδαττομέ-
νῳ, ἢ κατόπτρῳ διεστραμμένῳ· καὶ ἐπὶ μὲν τὸν
ἐκ τῆς ἀγορᾶς στέφανον πολλοὺς ἀπιέναι, ἐπὶ
67 δὲ τὸν Ὀλυμπιάσιν ἢ ὀλίγους, ἢ οὐδένα. * Πολ-
λάκις τε πολλὰ συμβουλεύσας Ἀθηναίοις, τὰ
μέγιστα αὐτοὺς ὠφέλησεν. [7] ἦν δὲ καὶ καθα-
ρώτατος τὴν στολὴν, ὡς ἀνυπερβλήτῳ χρῆσθαι
μαλακότητι ἱματίων, καθά περ φησὶν Ἕρμιπ-

candis inſtituendiſque pueris maximè ido-
neus fuit. Ajebat enim adjungi oportere ne-
ceſſariò pueris pudorem, et laudis ſtudium,
velut equis calcar atque frænum. Porrò i-
pſius locutio et interpretationis copia hinc
apparet. Ait enim in virginem pauperem
hoc modo: *Grave onus eſt patri puella, cu-
jus florem ætatis, præ dotis inopia, decurrere
videt.* Unde et Antigonum de illo hoc di-
xiſſe ferunt: *Sicut ſuaveolentia mali atque
gratia aliorſum transferri nequit; ſic in ipſo
homine, veluti in arbore, ſingula quæ dice-
rentur, oportere inſpici.* * Cæterum quia 66
in dicendo erat ſuaviſſimus, idcirco qui-
dam etiam ipſius nomini g literam adji-
ciebant, ut eſſet Glycon, quod dulcedi-
nem ſonat. Porrò in ſcribendo ſui diſſimi-
lis erat. In hos verò qui, quoniam dum
tempus eſſet non didicerant, pœnitentia
ducerentur, idque revocare cupiebant,
in hunc modum jocabatur. *Dicebat enim
ipſos ſe accuſare, qui maximo voto non cor-
rigendam amplius ignaviæ pœnitentiam in-
dicarent. Eoſque qui non ſatis rectè delibe-
rarent, ajebat excidiſſe ratione, veluti diſtor-
tâ regulâ naturam rectam explorantes; ſeu
faciem perturbatâ aquâ, vel ſpeculo perverſo.*
Et, *ad forenſem quidem coronam complures
proficiſci, verùm ad Olympiacam, aut pau-
cos aut neminem.* * Sæpe Athenienſibus, 67
ſuper variis conſulens, magno emolu-
mento fuit. Erat verò mundiſſimus cul-
tu, adeò ut veſtium incredibili mollitie
uteretur, ut Hermippus refert; ſed cum

qualia ſunt? qui ægritudinem extenuans, parvis ait eam rebus moveri, fortunæ & corporis incommodis, non animi malis. Aldob.

2 Τὸ δ' ἐκφραστικὸν αὐτοῦ καὶ περιγεγονὸς ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ] Repone, me auctore, elegantem vocem περιγεγωνός. ſic vocat ſtylum elatum, ac, ut ſic dicam, nimis vocalem. *Iſ. Caſaub.*

3 *Ferunt Antigonum.*] Gonatam, ut opinor, Demetrii Poliorcetæ filium, Macedoniæ regem. *Aldob.*

4 Παρ' ὃ καί τινες τὸ γάμμα αὐτοῦ τῷ ὀνόματι προσετίθεσαν] Quis ergo ſcit num vera ſit apud Plutarchum lectio, Γλύκων; ubi tamen Λύκων contra ſcriptorum codicum auctoritatem Xylander cenſet reponendum. locus eſt ἐν τῷ περὶ φυγῆς. *Iſ. Caſaub*

5 Τούς τε βουλευομένους ὀρθῶς] Lego βουλ. οὐκ ὀρθῶς. itaque legendum eſſe neminem dubitaturum puto. *Idem.*

6 Οἱονεὶ στρεβλῷ κανόνι βασανίζοντας εὐθεῖαν φύσιν] Similiter Euſtathius in ῥαψ. ι. Ἰλιάδ. Καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ κανών τις ἐστὶ διεστραμμένος, ἅπας ἄφρων πρὸς ἑαυτὸν μετάγειν καὶ στρεβλοῦν ἐθέλων καὶ τὰ ὀρθὰ, καὶ μηδὲν αὐτοῦ ἀπεοικέναι κρίνων καὶ τοὺς εὖ ἔχοντας λόγου καὶ φρονήσεως. Idem.

7 *Sed in veſtitu munditiam affectabat.*] Athenæus non ſolum delicatum, ſed etiam ſuperbum eum fuiſſe ſcribit, his verbis. ὁ δὲ Λύκων ὑπ' ἀλαζονείας, καὶ ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τῆς πόλεως τόπῳ, ἐν τῇ Κόνωνος οἰκίᾳ, εἶχεν εἰκοσάκλινον οἶκον, ὃς ἦν ἐπιτήδειος αὐτῷ πρὸς τὰς ὑποδοχάς. libro XII. col. 270. *Aldob.*

corpus maxime exerceret, illud ſanum
ac validum effecit. Omnemque athletarum
habitum præferebat, cùm, auctore An-
tigono Caryſtio, attritis auribus et ple-
niori eſſet corpore. Quocirca et in patria
luctatus fertur certamine Iliaco, atque pi-
là certaviſſe. Erat autem Attalo et Eume-
ni in primis charus, qui et illum ſæpenu-
mero regia magnificentia donabant. Ten-
tavit et Antiochus illum habere apud ſe,
68 ſed ſpe ſua fruſtratus eſt. * Adeò autem
inimicus erat Hieronymo Peripatetico,
ut ſolus anniverſario die ad illum non pro-
ficiſceretur, de quo in Arceſilai vita dixi-
mus. Porrò ſcholæ principatum tenuit an-
nos quatuor ſupra quadraginta, cùm illum
ſibi ſucceſſorem in teſtamento Strato reli-
quiſſet, Olympiade centeſima vigeſima
ſeptima. Quin et Panthœdi quoque dia-
lectici auditor fuit. Obiit autem annos na-
tus ſeptuagintaquatuor, afflictus podagræ
morbo. In quem noſtrum eſt epigram-
ma,

Prætereunda mihi non ſunt et fata Lyconis,
Fecerat infirmum quem valetudo pedis.
Nanque pede alterius ſemper cùm nixus adiret,
Tam longam miror nocte volaſſe viam.

69 * Fuerunt et alii Lycones. Primus, Pytha-
goricus. Secundus, hic ipſe. Tertius, ver-
ſificator. Quartus, epigrammatum poëta.
Hujus quoque philoſophi teſtamentum
hujuſmodi reperimus. Iſta equidem ſtatuo

πος. ἀλλὰ καὶ γυμναστικώτατος ἐγένετο, καὶ
εὐέκτης τὸ σῶμα, τήν τε πᾶσαν σχέσιν ἀθλη-
τικὴν ἐπιφαίνων, [8] ὠτοθλαδίας καὶ ἐμπινὴς ὤν,
καθά φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος. διὰ τοῦτο
δὲ καὶ [9] παλαῖσαι λέγεται τά τε ἐν τῇ πατρίδι
Ἴλεια, καὶ σφαιρίσαι. [10] ὡς οὐκ ἄλλος τε ἦν
φίλος τοῖς περὶ [11] Εὐμενῆ καὶ Ἄτταλον, οἳ καὶ
πλεῖστα ἐπεχορήγουν αὐτῷ. ἐπειράθη δ' αὐτὸν
σχεῖν [12] καὶ Ἀντίοχος, ἀλλ' οὐκ ἔτυχεν. * οὕτω 68
δὲ ἦν ἐχθρὸς Ἱερωνύμῳ τῷ περιπατητικῷ, ὡς μό-
νον μὴ ἀπαντᾶν πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν ἐτήσιον ἡμέ-
ραν, περὶ ἧς ἐν τῷ Ἀρκεσιλάου βίῳ διειλέγμεθα.
ἀφηγήσατο δὲ τῆς σχολῆς ἔτη τέτταρα πρὸς
τοῖς τετταράκοντα, Στράτωνος αὐτὸν ἐν ταῖς δια-
θήκαις καταλιπόντος, κατὰ τὴν ἑβδόμην καὶ εἰ-
κοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα. οὐ μὴν ἀλ-
λὰ καὶ Πανθοίδου διήκουσε τοῦ διαλεκτικοῦ. ἐτε-
λεύτησε δὲ γεγονὼς ἔτος τέταρτον καὶ ἑβδομηκο-
στὸν, νόσῳ ποδαγρικῇ καταπονηθείς. καὶ ἔστιν
καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν,

Οὐ μὰ τὸν, οὐδὲ Λύκωνα παρήσομεν, ὅττι ποδαλγὴς
[13] Κάτθανε. θαυμάζω τοῦτο μάλιστα δ' ἐγώ.
Τὴν οὕτως Ἀΐδαο μακρὴν ὁδὸν, ἂν πρὶν ὁ ποσσὶν
Ἀλλοτρίοις βαδίσας, ἔδραμε νυκτὶ μιῇ.

* γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Λύκωνες. πρῶτος, Πυ- 69
θαγορικός. δεύτερος, αὐτὸς οὗτος. τρίτος, ἐπῶν
ποιητής. τέταρτος, ἐπιγραμμάτων ποιητής. τοῦ
δὲ φιλοσόφου καὶ διαθήκαις ἐνετύχομεν ταῖσδε.

8 Ὠτοθλαδίας καὶ ἐμπινὴς ὤν] Suidas ἐμπειρής. melius ἐμπινής. Iſ. Caſaub.

Cum & attritis auribus, & habitior eſſet.] Græce, ὠτοθλαδίας καὶ ἐμπινὴς ὤν. quales erant, qui in palæſtra exercebantur: quod oſtendit Phavorinus. ὠτοθλαδίας, inquit, τὰ ὦτα τεθλασμένος ἐν παλαίστρᾳ. ἐμπινὴς autem hoc loco *habitior* vertimus, qua voce elegantiſſime è Græco expreſſa, uſus eſt Terentius in Adelphis. *Aldob.*

9 Παλαῖσαί τε λέγεται καὶ σφαιρίσαι] Ἦν δὲ ὁ Λύκων (ait Athenæus in XII.) καὶ σφαιριστὴς ἀγαθὸς καὶ περιδέξιος. Iſ. Caſaub.

10 *Et pila luſiſſe fertur.*] Quod & Athenæus indicat his verbis loco ſupra citato. ἦν δὲ ὁ Λύκων καὶ σφαιριστὴς ἀγαθός. Aldob.

11 *Eumeni atque Attalo.*] Fratribus, Aſiæ regibus, quibus tertium adjicit Athenæum Livius decade quinta, libro quinto. *& ab Eumene*, inquit, *& ab Attalo, & ab Athenæo fratribus, communis legatio de victoria gratulatum venit.* Aldob.

12 *Antiochus quoque*] Syriæ & Aſiæ rex. *Idem.*

13 Κάτθανε] Jubemur à quodam pro δ' ἐγὼ reponere λέγω. Sed cur noſtram lectionem mutare nos velit, θαυμάζω τοῦτο μάλιστα δ' ἐγώ, ut illiſmet ipſis Diogenis verbis utar. Nec verò pro particula ἂν, quæ habetur in tertio verſu, reponi debet αἴ: quum alioqui futurum eam conſtructionem quæ potius datur particulæ εἰ, ſit ut orationis ſtructura perturbetur. Habet autem cum ἔδραμε videlicet. Hoc inquit, θαυμάζω, nimirum εἰ ὁ πρὶν βαδίσας ποσὶν ἀλλοτρίοις, ἔδραμε τὴν οὕτως μακρὴν ὁδὸν Ἀΐδαο, idque νυκτὶ μιᾷ. H. Steph.

Τάδε διατίθεμαι περὶ τῶν κατ᾽ ἐμαυτὸν, ἐὰν μὴ
δυνηθῶ τὴν ἀῤῥωστίαν ταύτην ὑπενεγκεῖν. τὰ μὲν
ἐν οἴκῳ πάντα δίδωμι τοῖς ἀδελφοῖς, Ἀστυά-
νακτι καὶ Λύκωνι. καὶ οἶμαι δεῖν ἀποδοθῆναι ἀπὸ
τούτων ὅσα κατακέχρημαι Ἀθήνησι, παρά τινος
ἔχων ἢ ἐκπεπραχώς· καὶ ἃ ἂν εἰς τὴν ἐκφορὰν ἀ-
70 ναλωθῇ, καὶ εἰς τἄλλα τὰ νομιζόμενα. * τὰ δὲ
ἐν ἄστει καὶ ἐν Αἰγίνῃ, δίδωμι Λύκωνι, διὰ τὸ
καὶ τοὔνομα φέρειν ἡμῶν, καὶ συνδιατετριφέ-
ναι πλείω χρόνον ἀρεστῶς πάνυ, καθάπερ δί-
καιον ἦν τὸν υἱοῦ τάξιν ἐσχηκότα. [14] τὸν δὲ περί-
πατον καταλείπω τῶν γνωρίμων τοῖς βουλομένοις,
Βούλωνι, Καλλίνῳ, Ἀρίστωνι, Ἀμφίωνι, Λύ-
κωνι, Πύθωνι, Ἀριστομάχῳ, Ἡρακλείῳ, Λυ-
κομήδει, Λύκωνι τῷ ἀδελφιδῷ. προστησάσθω-
σαν δ᾽ αὐτοὶ ὃν ἂν ὑπολαμβάνωσι διαμένειν ἐπὶ
τοῦ πράγματος, καὶ συνέξειν μάλιστα δυνήσε-
σθαι. συγκατασκευαζέτωσαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ
γνώριμοι, κἀμοῦ καὶ τοῦ τόπου χάριν. περὶ δὲ
τῆς ἐκφορᾶς καὶ καύσεως ἐπιμεληθήτωσαν Βού-
λων καὶ Καλλῖνος μετὰ τῶν συνήθων, ὅπως μήτ᾽
71 ἀνελεύθερος γένηται μήτε περίεργος. * τῶν δὲ ἐν
Αἰγίνῃ μοι γενομένων μερῶν μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπό-
λυσιν [15] καταχωρησάτω Λύκων τοῖς νεανίσκοις
εἰς ἐλαιοχρηστίαν, ὅπως κἀμοῦ καὶ τοῦ τιμή-
σαντος ἐμὲ μνήμη γένηται διὰ τῆς χρείας αὕτη ἡ
προσήκουσα. καὶ ἀνδριάντα ἡμῶν ἀναθέτω. τὸν
δὲ τόπον, ὅπως ἁρμόττῃ ἡ τῆς καταστάσεως,
ἐπιβλεψάτω καὶ συμπραγματευθήτω Διόφαν-
τος καὶ Ἡρακλείδης Δημητρίου. ἀπὸ δὲ τῶν ἐν ἄ-
στει, Λύκων ἀποδότω πᾶσι παρ᾽ ὧν ἂν προείλη-
φα μετὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν ἐκείνου. παρακο-
λουθοῦσι δὲ Βούλων καὶ Καλλῖνος, καὶ ἃ ἂν εἰς
τὴν ἐκφορὰν ἀναλωθῇ, καὶ τὰ ἄλλα τὰ νομιζό-
μενα. κομισάσθω δὲ ταῦτα ἀπὸ τῶν ἐν οἴκῳ κοι-
72 νῇ καταλειπομένων ἀμφοτέροις ὑπ᾽ ἐμοῦ. * τιμη-
σάτω δὲ καὶ τοὺς ἰατροὺς Πασίθεμιν καὶ Μειδίαν, ἀξίους ὄντας, καὶ διὰ τὴν ἐπιμέ-

de rebus meis, ſi quidem hunc morbum
ferre nequivero. Ea quidem quæ domi
ſunt, omnia Aſtyanacti et Lyconi fratri-
bus do, atque ex his reddenda cenſeo,
quæ Athenis poſſedi à quovis ſumpta, ſi-
ve exacta, quæque in funus cæteraque ſo-
lennia impenſa fuerint. * Quæ verò in ur- 70
be, et in Ægina habeo, Lyconi præcipuè
do, quod is nomen ferat noſtrum, me-
cumque diutiſſimè, atque jucundiſſimè
ſit commoratus, ſicut dignum erat, quip-
pe qui filii tenebat locum. Porrò ambula-
tionem amicis qui uti velint relinquo, Bu-
lóni, Callino, Ariſtóni, Amphióni, Ly-
cóni, Pythóni, Ariſtomacho, Hera-
clio, Lycomedi, Lycóni fratrueli. Præ-
ficiant autem ipſi quemcunque permanſu-
rum in ſchola, maximeque utilem futurum
exiſtimaverint. Idem verò procurent et
reliqui familiares, et mei et loci gratiâ.
Cæterùm funus et crematio curæ erit Bu-
lóni et Callino, et amicis cæteris, uti ne
illiberalis, neu ſuperflua ſit. * Eas verò 71
quæ mihi erant in Ægina partes, poſt ex-
ceſſum meum dividat Lycon adoleſcenti-
bus, in uſum olei, ut ex eo mei et ejus
qui me honoraverit, ex ea utilitate pare-
tur juſta memoria. ſtatuamque noſtram
locet eo loco, ubi convenienter ſtare eam
poſſe perſpexerit. quod inſpiciant ſi-
mul et procurent Diophantus et Heracli-
des Demetrii filius. Ex his autem quæ in
urbe ſunt, reddat Lycon omnibus, à qui-
bus quædam ante accepi poſt ipſius diſceſ-
ſum. Sequentibus autem Bulon et Calli-
nus, et quæcunque in funere ac ſolenni-
bus cæteris impenſa fuerint. Tollat au-
tem ea ex his rebus domeſticis, quæ am-
bobus communiter à me relicta ſunt.
* Honoret item et medicos Paſithemin et 72
Midam, dignos profectò majori etiam ho-

14 *Ambulationem familiaribus relinquo.*] Græce, περίπατον. ſic etiam locutus eſt Cicero ad Atticum. *Noſtram*, inquit, *ambulationem velim, cum poteris, inviſas.* Aldob.

15 Καταχωρησάτω τοῖς νεανίσκοις εἰς ἐλαιοχρηστίαν] Notus olei uſus in gymnaſiis veterum: propterea παιδοτρόφου ἐλαίας appellat Sophocles in Oed. Col.

Ὃ τᾷδε θάλλει μέγιστα χώρᾳ,
Γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας.

Iſ. Caſaub.

nore,

nore, ob ſummam in me diligentiam,
et artem. Lego et Callini filio pateras
duas, uxorique illius gemmas duas, ta-
petaque, alterum villoſum, alterum pu-
rum, et ſagum et duo pulvinaria ex omni-
bus, quæ reliqua ſunt optima, ut quan-
tum ad honoris rationem attinet, ne iſto-
rum quidem obliti videamur. De his au-
tem qui mihi ſervierunt, ſic ſtatuo. Deme-
trio quidem jam diu libero redemptionis
pretium remitto, et quinque minas do,
et pallium et tunicam; ut, qui mecum diu
et multum laboravit, honeſtè vitam exi-
gat. Critoni autem Chalcedonenſi ſimili-
ter redemptionis pretium relaxo, et mi-
nas quatuor itidem dari jubeo. Micrum
liberum dimitto, ac eum Lyco nutriat, et
annos ſex ab hoc tempore deinceps eru-
73 diat. * Charetem itidem dimitto liberum,
nutriatque illum Lyco: duaſque illi minas
do, et libros meos qui recitatione adpro-
bati ſunt. Eos verò qui necdum editi ſunt,
Callino, ut illos edat diligenter. Sed et
Syro libero minas quatuor lego, et Meno-
doram do; et ſi quid mihi debet, relaxo.
Hilaræ item quinque minas et tapetem
villoſum, et duos pulvinos, et periſtro-
ma, et lectum quencunque voluerit. Li-
beram item dimitto Micri matrem, et
Noëmonem, et Dionem, et Theonem,
et Euphranorem, et Hermiam. et Aga-
thonem, ubi biennii tempus impleverit, di-
mitti liberum jubeo, et lecticarios. Ophe-
lionem quoque et Poſidonium cùm annos
quatuor peregerint, itidem liberos exire

λειαν τὴν περὶ ἐμὲ, καὶ τὴν τέχνην, καὶ μείζονος
ἔτι τιμῆς. [16] δίδωμι δὲ τῷ Καλλίνου [17] παιδίῳ
θηρικλείων ζεῦγος, καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ [18] ῥοι-
σκων ζεῦγος, ψιλοτάπιδα, ἀμφίταπον, πε-
ρίστρωμα, προσκεφάλαια δύο τὰ βέλτιστα
τῶν καταλειπομένων· ὡς ἂν ἐφ᾽ ὅσον ἀνήκει πρὸς
τιμὴν, καὶ τούτων φανῶμεν μὴ [19] ἀμνημονεύον-
τες. περὶ δὲ τῶν θεραπευόντων ἐμαυτὸν οὕτως
ἐξάγω· Δημητρίῳ μὲν [20] ἐλευθέρῳ πάλαι ὄντι ἀ-
φίημι τὰ λύτρα, καὶ δίδωμι πέντε μνᾶς, καὶ
ἱμάτιον καὶ χιτῶνα· ἵνα πολλὰ πεπονηκὼς μετ᾽
ἐμοῦ, βίον εὐσχήμονα ἔχῃ. Κρίτωνι δὲ Χαλκη-
δονίῳ, καὶ τούτῳ τὰ λύτρα ἀφίημι, καὶ δίδω-
μι τέτταρας μνᾶς. καὶ τὸν Μικρὸν ἀφίημι ἐλεύ-
θερον· καὶ θρεψάτω Λύκων αὐτὸν καὶ παιδευσά-
τω, ἀπὸ τοῦ νῦν χρόνου ἓξ ἔτη. * καὶ Χάρητα 73
ἀφίημι ἐλεύθερον· καὶ θρεψάτω Λύκων αὐτόν.
καὶ δύο μνᾶς αὐτῷ δίδωμι, καὶ τὰ ἐμὰ βιβλία
τὰ ἀνεγνωσμένα. [21] τὰ δ᾽ ἀνέκδοτα, Καλλίνῳ,
ὅπως ἐπιμελῶς αὐτὰ ἐκδῷ. δίδωμι δὲ καὶ Σύρῳ
ἐλευθέρῳ ὄντι τέτταρας μνᾶς, καὶ τὴν Μηνοδώ-
ραν δίδωμι· καὶ εἴ τι μοι ὀφείλει, [22] ἀφίημι αὐ-
τῷ. καὶ Ἱλαρᾷ πέντε μνᾶς, καὶ ἀμφίταπον,
καὶ δύο προσκεφάλαια, καὶ περίστρωμα, καὶ
κλίνην ἣν ἂν βούληται. ἀφίημι δὲ ἐλευθέραν καὶ
τὴν τοῦ Μικροῦ μητέρα, καὶ Νοήμονα, καὶ Δίω-
να, καὶ Θέωνα, καὶ Εὐφράνορα, καὶ Ἑρμείαν.
καὶ Ἀγάθωνα, δύο ἔτη παραμείναντα ἀφεῖσθαι
ἐλεύθερον· καὶ τοὺς φορεαφόρους, Ὠφελίωνα
καὶ Ποσειδώνιον, τέτταρα ἔτη παραμείναντας.

16 Δίδωμι δὲ τῷ Καλλίνου παιδίῳ] Legebatur apud Ambroſium *Callino*. apud Suidam eſt Καλινίκῳ. non rectè. *Idem.*

17 *Par thericleorum poculorum.*] A Thericle, qui primus vitreorum poculorum fuit inventor. Phavorinus, & Plinius lib. xvi. cap. 40. *Celebratur*, inquit, *& Thericles nomine, calices ex terebintho ſolitus facere torno, per quem probatur materies.* Quod idem confirmat Athenæus lib. xi. ita ſcribens. Κλεάνθης δ᾽ ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ περὶ μεταλήψεως, ἀπὸ τῶν κατασκευασάντων φησὶν ὀνομασθῆναι τήν τε θηρίκλειον κύλικα. Aldob.

18 Ῥοίσκων] Γρ. ῥοιάκων pro ῥοίσκων. Et paulo poſt ἀμφίταπιν. Legendo autem ἀμφίταπον, cum περίστρωμα jungendum putaret forſitan aliquis: ſed & paulo poſt vides ſeparari, interjectis etiam aliquot verbis. *Henr. Steph.*

Ῥοιάκων ζεῦγος] Ita & Suidas habet. Ῥοίσκων quod aliquando placuit, nunc diſplicet. Puto fuiſſe ſpeciem poculorum qualia erant illa quæ ῥυτὰ & ῥέοντα vocarunt. *Iſ. Caſaub.*

19 Ἀμνημ.] Γράφεται, ἀμνημονοῦντες. quod magis receptum eſt. *H. Steph.*

20 Ἐλευθέρῳ πάλαι ὄντι ἀφίημι τὰ λύτρα] Hoc eſt, *libertatis cauſa impoſitorum gratiam facio*, ut loquitur Modeſtinus Juriſconſultus l. vi. De agnoſcendis liberis. *Iſ. Caſaub.*

21 βιβλία] Γράφεται, τὰ δ᾽ ἀνάγνωστα pro ἀνέκδοτα. Henr. Steph.

22 ἀφίημι] Legitur etiam ἀφίημι αὐτῷ. quam lectionem alteri præfero. *H. Steph.*

74 * δίδωμι δὲ καὶ Δημητρίῳ, καὶ Κρίτωνι, καὶ Σύρῳ, κλίνην ἑκάστῳ, καὶ στρώματα τῶν καταλειπομένων, ἃ ἂν φαίνηται Λύκωνι καλῶς ἔχειν. ταῦτα ἔστω αὐτοῖς, ἀποδείξασιν ὀρθῶς ἐφ' ὧν ἕκαστοι τεταγμένοι εἰσί· περὶ δὲ τῆς ταφῆς, ἐάν τε αὐτοῦ βούληται Λύκων θάπτειν, ἐάν τε ἐν οἴκῳ, οὕτω ποιείτω. πέπεισμαι γὰρ αὐτὸν οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ συνορᾷν τὸ εὔσχημον. ταῦτα δὲ πάντα οἰκονομήσαντι κυρία ἔστω ἡ δόσις τῶν ἐνταῦθα. μάρτυρες, Καλλῖνος Ἑρμιονεὺς, Ἀρίστων Κεῖος, Εὐφρόνιος Παιανιεύς. οὕτω μέντοι αὐτῷ συνετῶς τὰ πάντα πράττοντι, τά τε περὶ παιδείαν καὶ πάντας λόγους, οὐδὲν ἧττον καὶ τὰ τῶν διαθηκῶν τρόπον τινὰ καὶ σφόδρα οἰκονομικῶς τε καὶ ἐπιμελῶς ἴσχει· ὥστε κἀνταῦθα ζηλωτέος.

volo. * Demetrio præterea et Critoni, et Syro, ſingulis lectum et ſtragulam veſtem ex reſiduis relinquo, ut Lyconi convenire videbitur. Iſta illis donabuntur, qui profecto oſtenderunt quàm ſolicitè ſibi commiſſa peregerint. De ſepultura verò videbit Lycon, ſive me hîc, ſive domi ſepelire maluerit. Certò enim mihi perſuaſum eſt, illum quod conveniat, honeſtumque ſit, nil ſegnius cernere quàm me. Cùm verò pro dignitate præſtiterit hæc omnia, rata ſit illi eorum, quæ hic ſunt omnium, largitio. Teſtes, Callinus Hermioneus, Ariſton Chius, Euphronius Pæanienſis. Adeò autem ſapienter ille geſſit omnia quæ pertinent ad eruditionem et ſtudia humanitatis, ut ad teſtamenta quoque ſua nihilominus diligentiam prudentiamque pertenderit; ita ut in ea quoque parte ſit ſtudioſè imitandus. 74

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ.

75 * [1] ΔΗμήτριος Φανοστράτου, Φαληρεύς· [2] οὗτος ἤκουσε μὲν Θεοφράστου. δημηγορῶν δὲ παρὰ Ἀθηναίοις, [3] τῆς πόλεως ἐξηγήσατο ἔτη δέκα, [4] καὶ εἰκόνων ἠξιώθη χαλκῶν ἑξήκοντα πρὸς ταῖς [5] τριακοσίαις· ὧν αἱ πλείους ἐφ' ἵππων ἦσαν καὶ ἁρμάτων καὶ συνωρίδων, [6] συντελεσθεῖσαι ἐν οὐδὲ τριακοσίαις ἡμέραις· τοσοῦτον ἐσπουδάσθη. ἄρξασθαι δ' αὐτὸν τῆς πολιτείας φησὶ Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς ὁμωνύ-

DEMETRIUS.

* DEmetrius Phanoſtrati filius, Phalereus; auditor quidem fuit Theophraſti, cæterùm cùm apud Athenienſes concionaretur, urbi præfuit annos decem, æreiſque ſtatuis honoratus eſt trecentis ſexaginta, quarum plures equeſtres erant, et in curribus ac bigis ſtabant, ſummoque ſtudio intra trecentos dies conſummatæ erant. Cœpiſſe autem Rempublicam adminiſtrare, eo tempore quo Harpalus 75

1 Δημήτριος Φανοστράτου] Vide Suidam, qui Demetrium prius Phanum fuiſſe appellatum ſcribit. *Iſ. Caſaub.*

2 *Theophraſti fuit auditor.*] Quod ſcribit Cicero lib. v. Tuſc. quæſt. in quo de Demetrio Phalereo loquens, *Qui*, inquit, *cum in hac ipſa philoſophia, ad quam te hortamur, excelleret, Theophraſtique eſſet auditor.* & libro I. De officiis: *niſi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi poteſt, diſputator ſubtilis, orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere.*

3 *Civitatis decennio princeps fuit.*] Cujus quidem rei teſtis eſt Cicero libro III. de legibus, ita ſcribens de Demetrio Phalereo. *Nam & mediocriter doctos magnos in republica viros, & doctiſſimos homines non nimis in republica verſatos, multos commemorare poſſumus; qui vero utraque re excelleret, ut & doctrina ſtudiis, & regenda civitate princeps eſſet, quis facile, præter hunc inveniri poteſt?* Cæterum Demetrius Phalereus civitatis curator à Caſſandro Macedonum rege impoſitus Athenienſibus, princeps eſſe civitatis cœpit anno quarto cxv. Olympiadis. quem principatum obtinuit uſque ad annum ſecundum cxviii Olympiadis. quod quidem decem annorum ſpatium eſt, ut Laërtius ait. *Idem.*

4 *Imaginibuſque æreis trecentis & ſexaginta eſt honeſtatus.*] Quem numerum eundem ſcribit Plinius lib. xxxiv. cap. 6. *nullique*, inquit, *arbitror plures ſtatuas dicatas, quam Phalereo Demetrio Athenis, ſi quidem* ccclx *ſtatuere.* Idem.

5 Τριακοσίαις.] Γρ. τετρακοσίαις. H. Steph.

6 *Quæ ne trecentis quidem ipſis diebus perfectæ ſunt.*] Plinius loco citato de his loquens ſtatuis, *Quas mox*, inquit, *laceraverunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente.* quibus è verbis intelligimus, eo tempore annum ccclx diebus conſtitiſſe. *Aldob.*

Alexandrum fugiens, Athenas venit; Demetrius Magneſius In æquivocis teſtatur. Diu autem atque præclare rem adminiſtravit. Nanque et reditibus, et ædificiis civitatem auxit, et quidem cùm ſatis
76 illuſtris non eſſet. * Erat enim, ut Phavorinus in primo commentariorum ait, ex Cononis familia, verùm urbana ac nobili. Lamide amicâ, ut idem ait in primo, utebatur. Sed et à Cleone ſeſe perpeſſum eſſe in ſecundo tradit. Porrò Didymus In ſympoſiacis ipſum et ſuperciliis venuſtum fuiſſe, et Lampetonem à meretrice quadam appellatum ait. Fertur cum Alexandriæ amiſiſſet oculos, à Serapide

μοις, [7] ὁπότε φυγὼν Ἀλέξανδρον εἰς Ἀθήνας ἧκεν Ἅρπαλος. [8] πολλὰ δὲ καὶ κάλλιστα τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο. καὶ γὰρ προσόδοις καὶ κατασκευαῖς ηὔξησε τὴν πόλιν, [9] καίπερ οὐκ εὐγενὴς
ὤν. * ἦν γὰρ ἐκ τῆς Κόνωνος οἰκίας, ὡς Φαβωρῖνος 76
ἐν πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων φησίν· ἀλλὰ ἀστῇ καὶ εὐγενεῖ. [10] συνῴκει [11] Λαμίᾳ τῇ ἐρωμένῃ, καθάπερ ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ φησίν. [12] ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Κλέωνος πεπονθέναι ἐν τῷ δευτέρῳ ἱστορεῖ. [13] Δίδυμος δὲ ἐν συμποσιακοῖς, καὶ [14] χαριτοβλέφαρον, [15] καὶ λαμπετὼ καλεῖσθαι αὐτὸν φησὶν ἀπό τινος ἑταίρας. λέγεται δὲ ἀποβαλόντα αὐτὸν τὰς ὄψεις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, [16] κομίσασθαι

7 *Quo Alexandrum fugiens Arpalus Athenas venit.*] Arpalus Alexandri præfectus, ingenti pecunia ablata, Athenas profugit, anno ſecundo cxiii Olympiadis. *Idem.*

8 *Multa & præclariſſima in rep. geſſit.*] Nam funerum, & ſepulchrorum magnificentiam minuit lege. ideoque mortuos ante lucem efferri juſſit; novis ſepulchris modum finivit; ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui niſi columellam tribus cubitis non altiorem, aut menſam, aut labellum, atque huic procurationi certum præfecit magiſtratum. Cicero lib. III. de legibus. *Idem.*

9 *Quamvis ignobilis.*] Fuit enim verna è Timothei Cononiſque familia, quod Ælianus lib. xii. cap. 43. de his, qui ex obſcuris clari nobileſque evaſerunt, teſtificatur his verbis: Δημήτριον δὲ τὸν Φαληρέα οἰκότριβα γενέσθαι λέγουσιν ἐκ τῆς οἰκίας Τιμοθέου, καὶ Κόνωνος. Idem.

10 *Sed tamen Lamia cive, & nobili fœmina utebatur, quam amabat.*] Athenæus lib. xii. col. 268. multa de Demetrii incontinentia, voluptate, ſumptibuſque narrat, quo lectores rejicimus. Sed tamen de ejus in mulieres amore, hæc quoque adjicit. ἦσαν δὲ καὶ πρὸς γυναῖκας ὁμιλίαι συμπώμεναι, καὶ νεανίσκων ἔρωτες νυκτερινοί, καὶ ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὺς Δημήτριος, καὶ τοὺς βίους τάττων, ἀνομοθέτητον ἑαυτῷ τὸν βίον κατεσκεύαζεν. Thebanos autem Demetrio blandientes Veneris Lamiæ templum excitaviſſe, ut Lamiæ ab eo amatæ memoriam colerent, ſcribit Cœlius Rhodig. lib. xxix. cap. 5. *Idem.*

11 Λαμίᾳ.] Γρ. Λαμίδι. H. Steph.

12 *Sed & in ſecundo à Cleone conſtupratum narrat.*] Quod etiam haud obſcure videtur ſignificare Suidas, qui de eo ita ſcribit. οὗτω δὲ ἦν σφόδρα εὐπρεπὴς, ὥστε καὶ διαβολὴν λαβεῖν ὅτι γέγονεν ἐρώμενος νέος. Aldob.

13 Δίδυμος δ' ἐν συμποσιακοῖς,] Athenæus hoc idem narrans, laudat Δίυλλον non Δίδυμον. Verba ejus adſcribam, ut quidem ea puto eſſe legenda. Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς, Λαμπιτοῦς τῆς Σαμίας ἑταίρας ἐρασθεὶς, ἡδέως καὶ ἑαυτὸν Λαμπιτὼ προσηγορεύσατο, ὥς φησι Δίυλλος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ χαριτοβλέφαρος. Itaque meritò videri poſſit, aut hîc eſſe legendum Δίυλλος, aut apud Athenæum Δίδυμος. Ego tamen *(quod tutiſſimum erit) ἐπέχω· nam & Didymi συμποσιακῶν creberrima apud Græcos ſcriptores mentio eſt: & Diylli nomen non eſt inauditum. Siquidem Plutarchi verba hæc ſunt ex Commentario, Πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι. Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἱστορικοί, inquit, Κλειτόδημοι, Δίυλλοι (ſic recte Xylander) Φιλόχοροι, Φύλαρχοι, ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἔργων, ὥσπερ δραμάτων ὑποκριταί. Diodorus Siculus lib. xvi. Δίυλλος ὁ Ἀθηναῖος ἦρκται τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς ἱεροσυλήσεως, καὶ γέγραφε βίβλους εἴκοσι καὶ ἑπτὰ, συμπεριβαλὼν πάσας τὰς ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις γενομένας πράξεις πρός τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Σικελίαν. Idem, Δίυλλος δὲ ὁ Ἀθηναῖος τῆς δευτέρας συντάξεως ἀρχὴν πεποίηται τῆς Ἐφόρου ἱστορίας τὴν τελευτὴν, καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις συνείρει τάς τε τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων, μέχρι τῆς Φιλίππου τελευτῆς. Iſ. Caſaub.

14 Χαριτοβλέφαρον καὶ Λαμπετὼ καλεῖσθαι] Ita etiam Suidas. Athenæus Λαμπιτὼ per ι. utrumque alibi legas. *Idem.*

A ſuperciliorum venuſtate χαριτοβλέφαρον.] Cujus rei teſtis eſt Athenæus lib. xiii. pag. 293. quo loco ita ſcribit. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς Λαμπητοῦς τῆς Σαμίας ἑταίρας ἐρασθεὶς, ἡδέως δὲ αὐτὴν καὶ Λαμπητὼ προσηγορεύσατο, ὥς φησι Δίυλλος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ χαριτοβλέφαρος. Sed & lib. xii. eundem Demetrium formæ corporis ſtudioſum fuiſſe tradit, ita ſcribens. ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ τῆς ὄψεως, τήν τε τρίχα τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ξανθιζόμενος, καὶ παιδέρωτι τὸ πρόσωπον ὑπαλειφόμενος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀλείμμασιν ἐγχρίων ἑαυτόν. ἠβούλετο γὰρ τὴν ὄψιν ἱλαρὸς, καὶ τοῖς ἀπαντῶσιν ἡδὺς φαίνεσθαι. Idem vide apud Suidam. *Aldob.*

15 *Et à quadam meretrice Lampeto vocatum ait.*] De qua meretrice eſt apud Athenæum loco ſupra proxime citato. *Idem.*

16 Κομίσασθαι αὖθις παρὰ τοῦ Σαράπιδος] Notum

αὖθις παρὰ τοῦ Σαράπιδος· ὅθεν καὶ τοὺς παιᾶνας ποιῆσαι τοὺς μέχρι νῦν ᾀδομένους. σφόδρα δὲ λαμπρὸς ὢν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ὅμως ἐπεσκοτίσθη καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα διεσθίον-
77 τος φθόνου. * [17] ἐπιβουλευθεὶς γὰρ ὑπό τινων, δίκην θανάτου οὐ παρὼν ὦφλεν. οὐ μὴν ἐκυρίευσαν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν ἰὸν ἀπήρυγον εἰς τὸν χαλκὸν, κατασπάσαντες αὐτοῦ τὰς εἰκόνας, καὶ τὰς μὲν ἀποδόμενοι, τὰς δὲ βυθίσαντες, [18] τὰς δὲ κατακόψαντες εἰς ἀμίδας. (λέγεται γὰρ καὶ τοῦτο) μία δὲ μόνη σώζεται ἐν ἀκροπόλει. Φαβωρῖνος δέ φησιν ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, τοῦτο ποιῆσαι τοὺς Ἀθηναίους, [19] Δημητρίου κελεύσαντος τοῦ βασιλέως. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐπέγραψαν ἀνομίας, ὡς
78 Φαβωρῖνος. * Φησὶ δ' αὐτὸν Ἕρμιππος μετὰ [20] τὸν Κασάνδρου θάνατον φοβηθέντα Ἀντίγονον, [21] παρὰ Πτολεμαῖον ἐλθεῖν τὸν Σωτῆρα· κἀκεῖ χρόνον ἱκανὸν διατρίβοντα συμβουλεύειν τῷ Πτολεμαίῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις, καὶ τὴν βασιλείαν τοῖς [22] ἐξ Εὐρυδίκης περιθεῖναι παισί. τοῦ δὲ οὐ πεισθέντος, ἀλλὰ παραδόντος τὸ διάδημα τῷ ἐκ Βερενίκης, μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἀξιωθῆναι πρὸς τούτου παραφυλάττεσθαι ἐν τῇ χώρᾳ μέχρι τι δόξει

illos rurſus accepiſſe. Quocirca et pæanas, qui nunc etiam canuntur, feciſſe. Verùm cùm apud Athenienſes clariſſimus eſſet, et ipſe tamen ab ea, quæ cuncta conſumit, invidia dejectus eſt. * Quippe inſidias 77
paſſus à quibuſdam, mortis ſententiam abſens excepit. Non tamen ejus corpore potiti ſunt, verùm dejectis ipſius imaginibus virus in æs evomuerunt, earumque alias quidem vendiderunt, alias ſubmerſerunt, aliaſque in fruſta conciderunt ut matulas inde facerent. Quippe et hoc fertur. Una autem ſola in arce ſervata eſt. Feciſſe autem hoc Athenienſes, Demetrio jubente rege, Phavorinus auctor eſt In omnimoda hiſtoria. Sed et imperii ipſius adminiſtrationem, ut Phavorinus idem ait, impietatis accuſarunt. * Enim- 78
verò Hermippus eum tradit, poſt Caſſandri necem, Antigoni metu ſe ad Ptolemæum Soterem contuliſſe, multumque illic temporis moratum inter cætera conſuluiſſe regi, ut filiis quos ex Eurydice ſuſceperat, impartiretur regnum. Illo non obtemperante, ſed ei quem ex Beronice genuerat diadema tradente, ab hoc ipſo poſt patris mortem fuiſſe aſſervatum in provincia, quoad aliquid de illo ſta-

eſt cæcos & debiles à Sarapide curari ſanarique ſolitos. vide Ariſtidis Sacros ſermones, & Cornelium Tac. Annal. lib. IV. *Iſ. Caſaub.*

17 *Inſidiis enim quorundam petitus.*] Cicero lib. V. de Finibus eum injuria pulſum è civitate ſcribit. *Princeps*, inquit, *hujus civitatis Phalereus Demetrius, cum patria pulſus eſſet injuria, ad Ptolemæum ſe regem Alexandriam contulit.* quod etiam Ælianus confirmat lib. III. cap. 17. ita ſcribens. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἀθήνησιν ἐπιφανέστατα ἐπολιτεύσατο ἔστ' ἂν αὐτὸν ὁ συνήθης Ἀθηναίοις φθόνος ἐξέωσε. Aldob.

18 Τὰς δὲ κατακόψαντες εἰς ἀμίδας] Non audet Strabo hoc fuiſſe factum affirmare, tantùm ait, καὶ κατεχώνευσαν, ἔνιοι δὲ προστιθέασιν, ὅτι καὶ εἰς ἀμίδας. At Plutarchus aperte diſſentit, quum inquit, τῶν δὲ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τριακοσίων ἀνδριάντων οὐδεὶς ἔσχεν ἰὸν οὐδὲ πῖνον, ἀλλὰ πάντες ἔτι ζῶντος προανῃρέθησαν· τοὺς δὲ Δημάδου κατεχώνευσαν εἰς ἀμίδας. Iſ. Caſaub.

19 *Demetrio rege jubente id feciſſe.*] Demetrium Antigoni filium, qui πολιορκητὴς appellatus eſt, Macedoniæ regem dicit, qui accepto à patre exercitu, Athenas profectus Dionyſium præſidii Munychiæ præfectum cepit, Phalereumque urbe expulit, libertatemque Athenienſibus, à Caſſandro ademptam reddidit anno ſecundo CXV Olympiadis. *Aldob.*

20 *Poſt Caſſandri mortem Antigonum metuentem.*] Regnavit Caſſander annis XIX. cui mortuo ſucceſſit Antigonus, & Alexander Caſſandri filii, qui quatuor annis regnaverunt. Metuebat ergo Demetrius Antigonum Demetrii Poliorcetæ, à quo pulſus eſt, patrem. *Idem.*

21 Παρὰ Πτολεμαῖον ἐλθεῖν τὸν Σωτῆρα.] Et Joſephus, & omnes ſcriptores eccleſiaſtici, qui de tranſlatione τῶν LXX. literis aliquid mandarunt, Demetrium quoque Phalereum veniſſe in Ægyptum, & Alexandrinæ Bibliothecæ fuiſſe præfectum referunt, vide etiam Ælianum libro III. cap. 17. & Ciceronem ipſum lib. V. De finibus. *Iſ. Caſaub.*

Ad Ptolemæum Soterem.] Alexandriæ Ægyptique regem, qui Ptolemæo εὐεργέτῃ ſucceſſerat, apud quem principem locum obtinuit, ut ait Ælianus loco ſupra citato. καὶ ἐν Αἰγύπτῳ δὲ συνὼν τῷ Πτολεμαίῳ νομοθεσίας ἦρξε. Aldob.

22 *Ut Eurydices filiis.*] Habuit enim duas uxores, Eurydicem, & Berenicem, quæ eadem ejus ſoror fuit: & ex utraque filios. *Idem.*

fuiſſet. Hic ille mœſtior vixit, ac forte dormitans ab aſpide manum morſus ex vita migravit, ſepultuſque eſt in Buſiri-
79 te Nomò, prope Dioſpolin. * Ei quoque nos fecimus epigramma in hunc modum:

Occidit aſpis ſapientem noſtrum Demetrium,
Virus habens tetri plurimum.
Non flammam ex oculis coruſcans, ſed atros inferos.

Porrò Heraclides In epitome ſucceſſionum Sotionis, Ptolemæum ait Philadelpho concedere voluiſſe regnum, illumque prohibuiſſe dicendo, *Si alteri dederis, ipſe non habebis.* Cùm verò accuſaretur Athenis, (nam et hoc audio) Menander comicus parum abfuit quin capitis exciperet ſententiam, ob aliud nihil niſi quòd ami-
80 cus hujus eſſet. * Purgavit autem eum Teleſphorus, Demetrii patruelis. Verùm et librorum multitudine, ac verſuum numero omnes fermè ſui temporis Peripateticos ſuperavit, doctiſſimus atque peritiſſimus omnium. Sunt autem ipſius monumenta, partim hiſtorica, partim politica; poëtica alia, alia rhetorica, concionum ac legationum. Sed et orationum Æſopiarum collectiones, et complura alia. Sunt autem De legibus Athenienſium libri quinque. De civibus Athenienſibus, duo. De ratione ducendi populum, duo. De republica, duo. De legibus, unum. De rhe-
81 torica, duo. De re militari, duo. * De Iliade, duo. De Odyſſea, quatuor. Ptolemæus, unum. Amatorius, unum. Phædondas, unum. Mædon, unum. Cleon, unum. Socrates, unum. Ariſtomachus, unum. Artaxerxes, unum. Homericus, unum. Ariſtides, unum. Exhortatorius, unum. Pro republica, unum. De decennio, unum. De Ionibus, unum. De legatione, unum. De fide, unum. De gratia, unum. De for-

περὶ αὐτοῦ. ἐνταῦθα ἀθυμότερον διῆγε. [23] καί πως ὑπνώττων, ὑπ' [24] ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς τὸν βίον μετέθηκε· καὶ θάπτεται ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ, πλησίον Διοσπόλεως. * καὶ αὐτῷ 79
ἐπεγράψαμεν ἡμεῖς (παρ' ἡμῖν)

Ἀνεῖλεν ἀσπὶς τὸν σοφὸν Δημήτριον,
Ἰὸν ἔχουσα πολὺν
Ἄσμηκτον, οὐ στίλβουσα φῶς ἀπ' ὀμμάτων,
Ἀλλ' ἀΐδην μέλανα.

Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Σωτίωνος διαδοχῶν, τῷ Φιλαδέλφῳ τὴν βασιλείαν θέλειν ἐκχωρῆσαι τὸν Πτολεμαῖον· τὸν δ' ἀποτρέπειν, φάσκοντα, Ἂν ἄλλῳ δῷς, σὺ οὐχ ἕξεις. ὁπηνίκα δ' ἐσυκοφαντεῖτο ἐν ταῖς Ἀθήναις (μανθάνω γὰρ καὶ τοῦτο) Μένανδρος ὁ κωμικὸς παρ' ὀλίγον ἦλθε κριθῆναι δι' οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅτι φίλος ἦν αὐτῷ· * ἀλλ' αὐτὸν παρῃτήσατο Τελεσφόρος ὁ 80
ἀνεψιὸς τοῦ Δημητρίου. πλήθει δὲ βιβλίων καὶ ἀριθμῷ στίχων σχεδὸν ἅπαντας παρελήλακε τοὺς κατ' αὐτὸν Περιπατητικοὺς, εὐπαίδευτος ὢν καὶ πολύπειρος παρ' ὁντινοῦν. ὧν ἐστι τὰ μὲν, ἱστορικά· τὰ δὲ, πολιτικά· τὰ δὲ, περὶ ποιητῶν· τὰ δὲ, ῥητορικά· δημηγοριῶν τε καὶ πρεσβειῶν. ἀλλὰ μὴν καὶ λόγων Αἰσωπείων συναγωγαὶ, καὶ ἄλλα πλείω. ἔστι δὲ, τὰ Περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας, α', β', γ', δ', ε'. Περὶ τῶν Ἀθήνησι πολιτῶν, α', β'. Περὶ δημαγωγίας, α', β'. Περὶ πολιτικῆς, α', β'. Περὶ νόμων, α'. Περὶ ῥητορικῆς, α', β'. Στρατηγικῶν, α', β'. * Περὶ 81
Ἰλιάδος, α', β'. Περὶ Ὀδυσσείας, α', β', γ', δ'. Πτολεμαῖος, α'. Ἐρωτικὸς, α'. Φαιδώνδας, α'. Μαίδων, α'. Κλέων, α'. Σωκράτης, α'. Ἀριστόμαχος, α'. Ἀρταξέρξης, α'. Ὁμηρικὸς, α'. Ἀριστείδης, α'. Προτρεπτικὸς, α'. Ὑπὲρ τῆς πολιτείας, α'. Περὶ τῆς δεκαετίας, α'. Περὶ τῶν Ἰώνων, α'. Πρεσβευτικὸς, α'. Περὶ πίστεως, α'. Περὶ

23 Καί πως ὑπνώττων ὑπ' ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς, τὸν βίον μετέθηκε] Cicero pro C. Rabirio Poſtumo: *Video Demetrium & ex republ. Athenienſium quam optimè digeſſerat, & ex doctrina nobilem & clarum, qui Phalereus vocitatus eſt, in eodem iſto Ægypti regno aſpide ad corpus admota, vita eſſe privatum.* Iſ. Caſ.

24 *Aſpidis morſu vita privatus eſt, ſepultuſque in Buſiridis præfectura prope Dioſpolim.*] Quæ omnia totidem verbis à Laërtio, ut opinor, accepta apud Suidam leguntur. καὶ παρὰ τῷ σωτῆρι Πτολεμαίῳ διατρίβων δηχθεὶς ὑπὸ ἀσπίδος ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ, πλησίον Διοσπόλεως τῆς ἐν τοῖς ἕλεσι. Aldob.

χάριτος, α΄. Περὶ τύχης, α΄. Περὶ μεγαλοψυχίας, α΄. Περὶ γάμου, α΄. † Περὶ τοῦ δοκοῦ, α΄. Περὶ εἰρήνης, α΄. Περὶ νόμων, α΄. Περὶ ἐπιτηδευμάτων, α΄. Περὶ καιροῦ, α΄. Διονύσιος, α΄. Χαλκιδικὸς, α΄. Ἀθηναίων καταδρομὴ, α΄. Περὶ Ἀντιφάνους, α΄. Προοίμιον ἱστορικὸν, α΄. Ἐπιστολαὶ, α΄. Ἐκκλησία ἔνορκος, α΄. Περὶ γήρως, α΄. Δί-
82 καια, α΄. Αἰσωπείων, α΄. Χρειῶν, α΄. *[25] Χαρακτὴρ δὲ φιλόσοφος, εὐτονίᾳ ῥητορικῇ καὶ δυνάμει κεκραμένος. οὗτος, ἀκούσας ὅτι τὰς εἰκόνας αὐτοῦ κατέστρεψαν Ἀθηναῖοι, Ἀλλ' οὐ τὴν ἀρετὴν, ἔφη, δι' ἣν ἐκείνας ἀνέστησαν. ἔλεγε [26] μὴ μικρὸν εἶναι μέρος τὰς ὀφρῦς· ὅλῳ γοῦν ἐπισκοτῆσαι δύνασθαι τῷ βίῳ. οὐ μόνον τὸν πλοῦτον ἔφη τυφλὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὁδηγοῦσαν αὐτὸν τύχην.

tuna, unum. De magnificentia, unum. De nuptiis, unum. De trabe, unum. De pace, unum. De legibus, unum. De ſtudiis, unum. De oportuno tempore, unum. Dionyſius, unum. Chalcidicus, unum. Athenienſium incurſio, unum. De Antiphane, unum. Procœmium hiſtoricum, unum. Epiſtolæ, unum. Concio jurata, unum. De ſenectute, unum. Jura, unum. Æſopicorum, unum. Chriarum, unum.
* Porrò ſtylus ipſe Philoſophicus, orato- 82
rio robore viribuſque permiſtus. Hic ubi comperit Athenienſes imagines ſuas everitiſſe: *At*, inquit, *virtutem illi non everterunt, cujus gratia illas erexerant. Ajebat non eſſe parvum aut negligendum membrum ſupercilia; poſſe enim vitam omnem obſcurare. Non modò divitias cæcas aſſerebat, verùm et illarum ducem, fortunam.*

† Videtur ſcrib. Περὶ τοῦ δοκίμου. *De probato.*

25 *Forma dicendi in eo philoſophi propria eſt.*] Cicero In oratore de orationis genere loquens eo, quo Demetrius uſus eſt, valde conſentit cum his, quæ hoc loco à Laërtio de eodem traduntur. ſic enim ſcribit. *Sed Phalereus Demetrius meo judicio præſtitit cæteris, cujus oratio, cum ſedate placideque loquitur, tum illuſtrant eam quaſi ſtellæ quadam tralata verba, & immutata.* & paulo poſt. *hac frequentat Phalereus maximè, ſuntque dulciſſima, & quamquam tralatio eſt apud eum multa, tamen immutationes nuſquam crebriores, in idem genus orationis (loquor enim de illa modica & temperata) verborum cadunt lumina omnia, multa etiam ſententiarum, late eruditeque diſputationes ab eodem explicantur; & loci communes ſine contentione dicuntur.* Alibi etiam Demetrium diſputatorem vocat ſubtilem, oratorem parum vehementem, I. De off. in principio. *Aldob.*

26 Μὴ μικρὸν εἶναι μέρος τὰς ὀφρῦς] Concinniùs ita poterat: μικρὸν μὲν εἶναι μέρος τὰς ὀφρῦς· ὅλῳ δὲ ἐπισκοτ. δύνασθαι τῷ βίῳ· & ita vertit Aldobrandinus; nec malè vertit, cùm eodem res redeat. Nimis ingenioſi ſimus in aliorum ſcriptis, ſi mutare aggredimur. Non aliter enim ſcriptum fuiſſe ab auctore, res ipſa loquitur, cùm τὸ γοῦν in poſteriore membro, τῷ μὴ prioris, rectè reſpondeat: aliter, ſi μὲν ſubſtituas. Illud potius inquirendum reor, τὸ ἐπισκοτῆσαι, quo ſenſu hic. Illuſtriſſima enim ſententia, quam tamen vir undequaque doctiſſimus, & Græcè ſcientiſſimus, in collectione Laërtianorum Apophthegmatum omiſit. An quia de vero ſenſu non conſtabat? vix puto. Jam ſupra habuimus ἐπισκοτιστὴν: nec multò aliter hic. Id enim vult, opinor: τὸν τῦφον (qui aliàs ὀφρῦς·) tantum vitium eſſe, (*faſtum* ſcilicet, & *ſuperbiam*:) ut alias omnes laudes obſcuret, & offuſcet; vel, ut cum Cicerone loquamur, virtutum aliarum, vel clariſſimarum, luminibus obſtruat: & qui eo laborant, aliis utcunque dotibus inſignes, & benè meritos; exoſos reddat. In eam ſententiam, multa ab aliis dicta; quæ colligant, quibus vacat. Fortaſſe etiam alludit ad originem verbi τῦφος. Confirmat aliquatenus hanc interpretationem alia quoque ejuſdem ſententia; quæ paucis interjectis, hic exhibetur: τῶν τετυφωμένων ἀνδρῶν, τὸ μὲν ὕψος δεῖν περιαιρεῖν· τὸ δὲ φρόνημα, καταλιπεῖν. Τῦφος, αἱ ὀφρῦς, & τὸ φρόνημα, ut plurimum Synonyma. Sed hic τὸ φρόνημα ſimplicius, pro νῷ (ſenſu ſcil. ſive animo:) ſed & pro φρονήσει, *ſapientia*, ſeu *prudentia*; non ex uſu, ſed κυριολόγως, ex proprietate vocis, & etymologia. Dicit igitur, ſi τύφῳ quis laboret, certam curandi rationem, non præcepta, quæ animum afficiant; ſed cauſſæ amolitionem, τὸ ὕψος ſcil. & τὸ ἀξίωμα. Poſſunt fateor & aliæ, ut varia ſunt hominum ingenia, τοῦ τύφου cauſſæ afferri: & *ſuperba* quorundam *mendicitas*, vulgo jactata: ſed tamen ὕψος, præcipua. Et inde vetus Poëta comicus:

Ὅταν ἴδῃς πρὸς ὕψος ἠρμένον τινὰ
Λαμπρῷ τε πλούτῳ, καὶ γένει γαυρούμενον,
Ὀφρῦν τε μείζω τῆς τύχης ἐπηρκότα·
Τούτου ταχεῖαν νέμεσιν εὐθὺς προσδόκα.

Cauſſa igitur remota (τοῦ ὕψους, ſcil.) non eſt quod περὶ τοῦ φρονήματος laboremus; utpote, quod res ipſa temperabit, & ad ſobrietatem, & σωφροσύνην reducet: ut quod antea verè, ex vulgi ſenſu, φρόνημα, (i. ὀφρὺς, vel τῦφος·) jam φρόνησις evadat. Alludit autem proculdubio, ad πολυθρύλλητον illud Homeri, (de quo nos alibi, peculiari *Diſſertatione*) Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρ. &c. quod ab antiquis non uno modo intellectum, ibidem docemus: unde & variantes eorum γνῶμαι, qui exprimere voluerunt; aut alludendo reſpexerunt. Sed ad mentem Demetrii, Terentius: *Omnibus nobis, ut res dant ſeſe; ita magni, atque humiles ſumus.* Mer. Caſaub.

Quantum in bello poſſet ferrum, tantum in republica eloquentiam valere. Cùm vidiſſet aliquando juvenem luxurioſum, *Ecce*, inquit, *Mercurii quadrata ſtatua, habens ſyrma, ventrem, pudenda, barbam. Hominum faſtu turgidorum ajebat circumcidi oportere altitudinem, opinionem autem de ſe relinquere. Juvenes aſſerebat oportere domi quidem parentes, in itineribus autem obvios, in*
83 *ſolitudine verò ſeipſos revereri.* * *Amicos dicebat ſecundis in rebus adeſſe advocatos; in calamitatibus autem ſua ſponte atque invocatos.* Atque hæc fere ſunt quæ huic tribuuntur. Fuerunt autem Demetrii memorabiles viginti. Primus, Carthaginienſis, orator, Thraſymacho antiquior. Secundus, hic ipſe. Tertius, Byzantius, Peripateticus. Quartus, qui cognominatus eſt graphicus, apertus atque ad diſſerendum facilis, (idemque pictor.) Quintus, Aſpendius, Apollonii Solenſis diſcipulus. Sextus, Calatianus, qui de Aſia et Europa ſcripſit libros viginti. Septimus, Byzantius, qui tredecim libris Gallorum ex Europa in Aſiam tranſitum; et octo aliis Antiochi et Ptolemæi geſta, Libyæque ſub ipſis adminiſtrationem, conſcripſit.
84 * Octavus, ſophiſta, qui moratus Alexandriæ, artes oratorias ſcripſit. Nonus, Adramytenus, grammaticus, Ixion appellatus; quod Junonem in aliquo injuriis affeciſſe videretur. Decimus, Cyrenæus, grammaticus, cognomento Hydria, vir ſanè memorabilis. Undecimus, Sceptius,

ὅσον ἐν πολέμῳ δύνασθαι σίδηρον, τοσοῦτον ἐν πολιτείαις ἰσχύειν [27] λόγον. ἰδὼν ποτε νεανίσκον ἄσωτον, [28] Ἰδοὺ, ἔφη, [29] τετράγωνος Ἑρμῆς, ἔχων [30] σύρμα, κοιλίαν, αἰδοῖον, πώγωνα. τῶν τετυφωμένων ἀνδρῶν ἔφη τὸ μὲν ὕψος δεῖν περιαιρεῖν, τὸ δὲ φρόνημα καταλιπεῖν. τοὺς νέους ἔφη δεῖν ἐπὶ μὲν τῆς οἰκίας τοὺς γονεῖς αἰδεῖσθαι, ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς τοὺς ἀπαντῶντας, ἐν δὲ ταῖς ἐ-
ρημίαις ἑαυτούς. * τοὺς φίλους ἐπὶ μὲν τὰ ἀγα- 83
θὰ παρακαλουμένους ἀπιέναι· ἐπὶ δὲ τὰς συμφορὰς, αὐτομάτους. τοσαῦτα καὶ εἰς τοῦτον ἀναφέρεσθαι δοκεῖ. γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι εἴκοσι. πρῶτος, Καρχηδόνιος, ῥήτωρ, καὶ Θρασυμάχου πρεσβύτερος. δεύτερος, αὐτὸς οὗτος. [31] τρίτος, Βυζάντιος Περιπατητικός. τέταρτος, καλούμενος γραφικὸς, καὶ σαφὴς διηγήσασθαι. (ἦν δέ καὶ ὁ αὐτὸς ζωγράφος) πέμπτος, Ἀσπένδιος, μαθητὴς Ἀπολλωνίου τοῦ Σολέως. ἕκτος, Καλατιανὸς, ὁ γεγραφὼς περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης εἴκοσι βίβλους. ἕβδομος, Βυζάντιος, ἐν τρισκαίδεκα βιβλίοις γεγραφὼς τὴν Γαλατῶν διάβασιν ἐξ Εὐρώπης εἰς Ἀσίαν, καὶ ἐν ἄλλοις ὀκτὼ τὰ περὶ Ἀντίοχον καὶ Πτολεμαῖον, καὶ τὴν Λιβύης ὑπ' αὐτῶν διοίκησιν. * ὄγδοος, ὁ 84
διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σοφιστὴς, τέχνας γεγραφὼς ῥητορικάς. [32] ἔννατος, Ἀδραμυτηνὸς, γραμματικὸς, [33] ἐπικληθεὶς Ἰξίων, διὰ τὸ ἀδικῆσαί τι δοκεῖν περὶ τὴν Ἥραν. δέκατος, Κυρηναῖος, γραμματικὸς, ὁ ἐπικληθεὶς Στάμνος, ἀνὴρ ἀξιόλογος. ἑνδέκατος, Σκήψιος, πλούσιος

27 λόγον.] Pro λόγον legitur etiam δῶρον. Pro lectione illa facit alioqui hic Euripidis locus in Phœniſſis,

--- πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος
Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

Atque adeo hic philoſophus in dicto iſto ad illa Euripidis verba alluſiſſe videri poſſit. *H. Steph.*

28 *En inquit quadratus Mercurius.*] Quare quadratus Mercurius? quia Mercurio proprie quadratus convenit numerus, quod etiam ſcribit Cœlius Rhodig. lib. XXII. lect. antiquarum cap. 9. *Aldob.*

29 Τετράγωνος Ἑρμῆς] Vide Suidam Ἑρμαῖ. Iſ. Caſaub.

30 *Syrmate.*] Voce Græca uſus ſum pro Latina, qua tamen uſus eſt Martialis, poëta non omnino ignobilis. *Aldob.*

31 *Tertius Byzantius.*] De quo eſt apud Athenæum. c. 223. 23. & 271. 47. *Idem.*

32 *Nonus Adramytenus, qui ideo vocatus eſt Ixion.*] De quo eſt apud Athenæum qui ejus libros citat, τὰ ἐτυμολογούμενα, & περὶ Ἀλεξανδρέων διαλέκτου. Suidas cauſam affert, quare Ixion vocatus ſit, quanquam non unam ſolùm, ſed plures. ἐπεκλήθη δὲ τοῦτο, inquit, ὡς μὲν τινὲς, διότι λεπίδας χρυσᾶς κλέπτων τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Ἥρας ἀγάλματος ἐφωράθη. ὡς δὲ ἄλλοι, ὅτι ἀπεσύλησεν εὐριπίδειον φιλότιμον τὸ δρᾶμα ἔχον τὸν Ἰξίονα. ἕτεροι δὲ, ὅτι τῷ διδασκάλῳ Ἀριστάρχῳ ἀντήριστεν, ὥσπερ ὁ Ἰξίων εὐεργετήσασιν αὐτὸν τοῖς θεοῖς ἀχαριστεῖν ἐπεχείρησεν. Fuit autem grammaticus, & vixit tempore Auguſti Cæſaris, Pergamique commoratus eſt. *Idem.*

33 Ὁ ἐπικληθεὶς Ἰξίων] Cauſam hujus appellationis vide apud Suidam. *Iſ. Caſaub.*

καὶ εὐγενὴς ἄνθρωπος, καὶ φιλόλογος ἄκρως.
(οὗτος καὶ Μητρόδωρον προεβίβασε τὸν πολίτην)
δωδέκατος, γραμματικὸς, Ἐρυθραῖος, πολιτο-
γραφηθεὶς ἐν Τήμνῳ. τρισκαιδέκατος, Βιθυνὸς,
Διφύλου τοῦ Στωϊκοῦ υἱὸς, μαθητὴς δὲ Παναι-
τίου τοῦ Ῥοδίου. τεσσαρεσκαιδέκατος, ῥήτωρ
85 Σμυρναῖος. * [34] καὶ οὗτοι μὲν λογικοί. ποιηταὶ δὲ,
πρῶτος, ἀρχαίαν κωμῳδίαν πεποιηκώς. δεύτε-
ρος, ἐπῶν ποιητὴς, οὗ μόνα σώζεται πρὸς τοὺς
φθονεροὺς εἰρημένα τάδε,

Ζωὸν ἀτιμήσαντες, ἀποφθίμενον ποθέουσι·
Καί ποθ' ὑπὲρ τύμβοιο καὶ ἀπνόου εἰδώλοιο
Ἄστεα νεῖκος ἐπῆλθεν, ἔριν δ' ἐστήσατο λαός.

τρίτος, Ταρσικὸς σατυρογράφος. τέταρτος, ἰαμ-
βους γεγραφὼς, πικρὸς ἀνήρ. πέμπτος, ἀνδρι-
αντοποιὸς, οὗ μέμνηται Πολέμων. ἕκτος, Ἐρυ-
θραῖος, ποικιλογράφος ἄνθρωπος, καὶ ἱστορικὰ
καὶ ῥητορικὰ πεποίηκε βιβλία.

vir dives ac nobilis, et in primis ſtudioſus.
Hic etiam Metrodorum civem promovit.
Duodecimus, grammaticus, Erythræus,
civis adſcriptus in Temno. Decimuster-
tius, Bithynius, Diphyli Stoici filius,
diſcipuluſque Panætii Rhodii. Decimus
quartus, orator Smyrnæus. * Atque iſti 85
quidem proſa oratione ſcripſerunt; Poë-
tæ autem hi. Primus, qui antiquam co-
mœdiam ſcripſit. Secundus, Epicus poë-
ta, cujus illa ſola habentur, quæ adver-
ſus invidos ſcripſit:

Oderunt vivum, quem mox poſt funera quærent.
Et ſuper exanimi nonnunquam umbra, atque ſepulchro
Contendére urbes ampla, populique potentes.

Tertius, è Tharſo, Satyricus. Quartus,
Iambicus, vir amarulentus. Quintus, ſcul-
ptor, cujus Polemo meminit. Sextus,
Erythræus, varius ſcriptor, qui hiſtoricos
et oratorios conſcripſit libros.

34 *Atque hi quidem logici.*] Vocabulo ſum uſus Græco, quemadmodum & Cicero uſus eſt Tuſc. quæſt. lib. IV. pag. 215. *Habes*, inquit, *ea, quæ de perturbationibus enucleate diſputant Stoici, quæ logica appellant, quia diſſeruntur ſubtilius.* Aldob.

ἩΡΑΚΛΕΙΔΗΣ.

86 * [1] Ἡρακλείδης [2] Εὐθύφρονος, Ἡρακλεώτης
τοῦ Πόντου, ἀνὴρ πλούσιος. Ἀθήνησι δὲ
παρέβαλε [3] πρῶτον μὲν Σπευσίππῳ· ἀλλὰ καὶ
τῶν Πυθαγορείων διήκουσε, [4] καὶ τὰ Πλάτωνος
ἐζηλώκει. καὶ ὕστερον ἤκουσεν Ἀριστοτέλους, ὥς
φησι Σωτίων ἐν διαδοχαῖς. οὗτος ἐσθῆτί τε μα-
λακῇ ἐχρῆτο, καὶ ὑπέρογκος ἦν τὸ σῶμα, ὥστε
αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν μὴ Ποντικὸν, ἀλλὰ Πομ-

HERACLIDES.

* Heraclides Euthyphronis filius, Hera- 86
cleótes è Ponto, vir dives, Athe-
nas conceſſit. Ubi primum quidem Speu-
ſippo ſe in diſciplinam dedit; ſed Pytha-
goreorum quoque auditor fuit, Platonem-
que imitari nitebatur. Poſtremò, ut So-
tion In ſucceſſionibus ait, Ariſtotelem au-
divit. Hic mollicula veſte utebatur, tu-
mentique fuit corpore, adeò ut illum
Attici non jam Ponticum, ſed pompicum

1 Ἡρακλείδης Εὐθύφρονος] Suidas habet Εὔφρονος. Iſ. Caſaub.

Heraclides.] De quo eſt apud Ciceronem lib. V. Tuſc. quæſt. & lib. I. De divinat. utrobique autem & diſcipulum Platonis appellat, & doctum virum nominat. *Aldob.*

2 *Euthyphronis filius.*] Suidas non Euthyphronis, ſed Euphronis, quod ego erratum puto. Genus autem ducebat à Damide, qui unus fuit è ducibus, qui coloniam Thebis Heracleam duxerunt, ut ait Suidas. *Idem.*

3 *Primo quidem ad Speuſippum ſe adplicavit.*] Atqui prior Plato Speuſippo; hoc eſt natu grandior; & tamen audire Platonem Heraclides potuit, prius audito Speuſippo, quod tamen non videtur veriſimile. *Idem.*

4 *Et Platonica complexus eſt.*] Cicero locis ſupra citatis Platonis eum auditorem fuiſſe ait. Suidas etiam ſcholæ præſidem relictum à Platone tradit, cum in Siciliam proficiſceretur, ἐκδημήσαντος δὲ Πλάτωνος, inquit, εἰς Σικελίαν, προεστάναι τῆς σχολῆς κατελείφθη ὑπ' αὐτοῦ. *Idem.*

voca-

vocarent. Porrò inceſſu mitis erat, et ve-
rendus. Feruntur ingenii illius monumenta
præclara atque optima. Dialogi, quorum
qui ad mores inſtituendos faciunt ſunt hi.
De juſtitia, tres. Unum de temperantia.
De pietate, unum. De fortitudine, unum.
87 * Communiterque de virtute, unum. De
felicitate, unum. De regimine, unum.
De legibus, unum. deque his affinibus.
De nominibus, unum. Pacta unum. In-
vitus amatorius, et Clinias, unum. Natu-
rales verò, De mente, De anima, ſeor-
ſumque De anima, et De natura, et ſi-
mulacris. Adverſus Democritum, de iis
quæ in cœlo ſunt, unum. De his quæ ſunt
apud inferos. De vitis, duo. De cauſis mor-
borum, unum. De bono, unum. Adverſus
Zenonem, unum. Adverſus Metrónem,
unum. Grammatici verò, de Homeri et
Heſiodi ætate, duo. De Archilocho et Ho-
mero, duo. Muſici verò libri, ut De his
quæ apud Euripidem et Sophoclem repe-
88 riuntur, duo. De muſica, duo. * Solutio-
num Homericarum, duo. Theoremati-
cus, unum. De tribus tragicis poëtis, u-
num. Figuræ, unum. De poëtica, et poë-
tis, unum. De conjectura, unum. De
Præſcientia, unum. Heracliti enarratio-
nes, quatuor. In Democritum enarratio-
nes, unum. Solutionum, quæ in conten-
tionem veniunt, duo. Poſtulata, unum.
De ſpeciebus, unum. Solutiones, unum.
Monita, unum. Ad Dionyſium, unum.
Rhetorici autem libri, De oratoris officio,
ſive, Protagoras. Hiſtorici, De Pythago-
réis, et De inventis. Ex his alia quidem
comicè finxit, ſicuti De voluptate, et De
temperantia. Alia, tragicè, ſicut De his
quæ ſunt apud inferos, et De pietate, et
89 De poteſtate. * Obſervat autem ſæpenu-
mero et mediocritatem in dicendo quan-
dam, veluti philoſophis viris, et ducibus
civibuſque adinvicem loquentibus. Extant
illius ſcripta et de geometria, et de dialectica. Eſt autem in omni genere orationis varius,

πικὸν καλεῖσθαι. πρᾶός τε ἦν τὸ βάδισμα καὶ
σεμνός. φέρεται δ' αὐτοῦ συγγράμματα κάλ-
λιστά τε καὶ ἄριστα. Διάλογοι, ὧν ἠθικὰ [5] μὲν
Περὶ δικαιοσύνης γ΄. ἓν δὲ, Περὶ σωφροσύνης.
Περί τε εὐσεβείας, α΄. καὶ Περὶ ἀνδρείας, α΄. * κοι- 87
νῶς τε Περὶ ἀρετῆς, α΄. Περὶ εὐδαιμονίας, α΄. Πε-
ρὶ τῆς ἀρχῆς, α΄. καὶ Νόμων, α΄. καὶ τῶν συγ-
γενῶν τούτοις. Περὶ ὀνομάτων, α΄. Συνθῆκαι, α΄.
Ἀκούσιος ἐρωτικὸς, καὶ Κλεινίας, α΄. Φυσικὰ
δὲ, Περὶ νοῦ, Περὶ ψυχῆς, καὶ κατ' ἰδίαν, Περὶ
ψυχῆς, καὶ Περὶ φύσεως, καὶ Περὶ εἰδώλων,
Πρὸς Δημόκριτον, Περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ, α΄. Περὶ
τῶν ἐν ᾅδου. Περὶ βίων, α΄, β΄. αἰτίαι Περὶ νό-
σων, α΄. Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, α΄. Πρὸς τὰ Ζήνωνος,
α΄. Πρὸς τὰ Μήτρωνος, α΄. γραμματικὰ δὲ, Πε-
ρὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας, α΄, β΄. Πε-
ρὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου, α΄, β΄. καὶ μουσι-
κὰ δὲ, Περὶ τῶν παρ' Εὐριπίδῃ καὶ Σοφοκλεῖ,
α΄, β΄, γ΄. Περὶ μουσικῆς, α΄, β΄. * Λύσεων Ὁμη- 88
ρικῶν, α΄, β΄. Θεωρηματικὸν, α΄. Περὶ τῶν τριῶν
τραγῳδοποιῶν, α΄. Χαρακτῆρες, α΄. Περὶ ποιητι-
κῆς καὶ τῶν ποιητῶν, α΄. Περὶ στοχασμοῦ, α΄.
Προοπτικῶν, α΄. Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις, δ΄. Πρὸς
τὸν Δημόκριτον ἐξηγήσεις, α΄. Λύσεων ἐριστικῶν,
α΄, β΄. Ἀξίωμα, α΄. Περὶ εἰδῶν, α΄. Λύσεις, α΄.
Ὑποθῆκαι, α΄. Πρὸς Διονύσιον, α΄. ῥητορικὰ δὲ,
Περὶ τοῦ ῥητορεύειν, ἢ Πρωταγόρας. ἱστορικὰ, Πε-
ρὶ τῶν Πυθαγορείων, καὶ Περὶ εὑρημάτων. τού-
των τὰ μὲν κωμικῶς πέπλακεν, ὡς τὸ Περὶ ἡδο-
νῆς, καὶ Περὶ σωφροσύνης· τὰ δὲ, τραγικῶς,
ὡς τὸ Περὶ τῶν καθ' ᾅδην, καὶ τὸ Περὶ εὐσε-
βείας, καὶ τὸ Περὶ ἐξουσίας. * [6] ἔστι δ' [7] αὐτῷ 89
καὶ μεσότης τις ὁμιλητικὴ φιλοσόφων τε καὶ
στρατηγικῶν καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν πρὸς ἀλλή-
λους διαλεγομένων. ἀλλὰ καὶ γεωμετρικά ἐστιν
αὐτοῦ καὶ διαλεκτικά. ἄλλως τε καὶ ἐν ἅπασι

5 *De juſtitia ſunt tres.*] Quos libros citat ſæpe Athenæus. quinetiam ex ſecundo libro multa affert. pag. 258. 40. Tu vero catalogo librorum Heraclidis adjicito ex Athenæo, περὶ ἡδονῆς & περὶ τῶν ἐπαιρικῶν, de quibus libris, ut vides, nulla fit à Laërtio mentio. *Idem.*

6 Ἔστι δ' αὐτὸ] Omnino legendum eſt αὐτῷ. Iſ. Caſaub.

7 ἔστι δ' αὐτὸ] Fortaſſe legendum αὐτῷ pro αὐτό. Henr. Steph.

ποικίλος τε καὶ [8] διῃρημένος τὴν λέξιν ἐστὶ, καὶ
ψυχαγωγεῖν ἱκανῶς δυνάμενος. [9] δοκεῖ δὲ καὶ
τὴν πατρίδα τυραννουμένην ἐλευθερῶσαι, τὸν μό-
ναρχον κτείνας, [10] ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης
ἐν ὁμωνύμοις. ὃς καὶ τοιόνδε ἱστορεῖ περὶ αὐτοῦ.
[11] θρέψαι αὐτὸν δράκοντα ἐκ νέου, καὶ αὐξηθέν-
τα, ἐπεὶ τελευτᾶν ἔμελλε, [12] κελεῦσαι τινὶ τῶν
πιστῶν αὐτοῦ τὸ σῶμα κατακρύψαι, τὸν δὲ δρά-
κοντα ἐπὶ τῆς κλίνης θεῖναι, ἵνα δόξειεν εἰς θεοὺς
90 μεταβεβηκέναι. ἐγένετο δὲ πάντα. * καὶ μεταξὺ
παραπεμπόντων τὸν Ἡρακλείδην τῶν πολιτῶν,
καὶ εὐφημούντων, ὁ δράκων ἀκούσας τῆς ἐπι-
βοῆς, ἐξέδυ τῶν ἱματίων, καὶ διετάραξε τοὺς
πλείστους. ὕστερον μέντοι ἐξεκαλύφθη πάντα,
καὶ ὤφθη Ἡρακλείδης οὐχ οἷος ἐδόκει, ἀλλ' οἷος
ἦν. καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον,

Ἤθελες ἀνθρώποισι λιπεῖν φάτιν, Ἡρακλεί-
δη,
Ὥς ῥα θανὼν ἐγένου ζωὸς ἅπασι δράκων.
Ἀλλὰ διεψεύσθης σεσοφισμένε. δὴ γὰρ ὁ μὲν
θὴρ
Ἦε δράκων, σὺ δὲ θὴρ, οὐ σοφὸς ὢν, ἑάλως.

91 ταῦτα δέ φησι καὶ Ἱππόβοτος. * Ἕρμιππος δὲ,
λιμοῦ κατασχόντος τὴν χώραν, φησὶν αἰτεῖν τοὺς
Ἡρακλεώτας τὴν Πυθίαν λύσιν. τὸν δὲ Ἡρακλεί-
δην διαφθεῖραι χρήμασι τούς τε θεωροὺς, καὶ τὴν
προειρημένην, ὥστ' ἀνειπεῖν ἀπαλλαγήσεσθαι
τῶν κακῶν, εἰ ζῶν μὲν Ἡρακλείδης ὁ Εὐθύφρονος

et dictione diſtinctus, maximamque habet
capiendi animos, atque oblectandi vim.
Sunt qui aſſerant illum et patriam à tyran-
no liberaſſe, eo necato, ut ait Demetrius
Magneſius in libro De iis qui eodem nomi-
ne appellati fuere. qui de illo tale aliquid
tradit. Nutriſſe eum à parvo draconem,
eumque grandiorem factum. Cum autem
jam moriturus eſſet, injunxiſſe cuidam ex
neceſſariis, ut ejus corpus occuleret, dra-
conem autem ſuper lecto poneret, ut pu-
taretur ad deos migraſſe. factumque eſt,
ut ille mandaverat. * Interea cùm Hera- 90
clidem efferrent cives, atque laudibus pro-
ſequerentur, audito clamore, draco è ve-
ſtibus prodiit, perturbavitque plurimos.
Tandem verò aperta ſunt omnia, viſuſque
eſt Heraclides, non qualis putari voluit,
ſed qualis fuerat. Eſt et in hunc noſtrum
epigramma:

Mirum, Heraclides, quid tantum opta-
veris amens.
Poſt mortem nobis ut viderere draco.
Falſus at es, mihi crede: fuit nam bellua verè
Ille draco, ſed eras bellua non ſapiens.

Hæc Hippobotus quoque ait. * Cæterùm 91
Hermippus Heracleotas tradit, cùm fames
vaſtaret provinciam, incommodi abſolutio-
nem ex Pythia quæſiviſſe. Porrò Heracli-
dem eos qui conſultores iverant, et quam
memoravimus Pythiam quoque, corrupiſ-
ſe pecuniis, ut diceret, tunc demum eos
levandos incommodis, ſi et vivum Hera-

8 Διῃρημ.] Pro διῃρημένος legerim potius διῃρμένος, ut in quibuſdam ſcriptum eſt. Utitur autem hoc vocabulo & Hermogenes in iſta ſignificatione. *Idem.*

9 Δοκεῖ δὲ τὴν πατρίδα τυραννουμένην ἐλευθερῶσαι.] Plutarchus quoque in Commentario adverſus Colotem, teſtatur Thraciam fuiſſe liberatam, διὰ Πύθωνος καὶ Ἡρακλείδου Κότυν ἀνελόντων. Iſ. Caſaub.

10 Ὥς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν Ὁμωνύμοις] Cur de his egerat Demetrius in Æquivocis? Puto, quòd non conveniret inter ſcriptores, ſitne hic Heraclides, Ἡρακλεώτης Ponticus, qui tyrannum interfecerit: an alius quiſpiam Ænius. Sanè quum conſtet ſocios hujus facinoris fuiſſe Pythonem & Heraclidem, videri poſſit Diogenes Laërtius in Platonis vita Heraclidi Ænio hoc tribuiſſe, dum inter Platonis diſcipulos hos duos ita recenſet, ut & ſocios, & Ænios fuiſſe ambos ſignificet. An igitur duos fuiſſe Heraclidas, qui ambo patrias ſuas tyrannide liberaſſent, alterum Ænium, alterum Heracleenſem, docuerat in Æquivocis Demetrius? An potius hunc ipſum fuiſſe Heracleenſem, qui id patraſſet, tradiderat? *Ita hercle opinor, verum verum neſcio*, ut ait ille apud Plautum. *Idem.*

11 *Eum videlicet ab adoleſcentia draconem aluiſſe*] Quod idem Suidas ſcribit, ſed aliquanto ſecius, quàm Laërtius. οὗτος, inquit, καὶ δράκοντα ἔθρεψε καὶ ἡμέρωσε, καὶ εἶχε συνδιαιτώμενον αὐτῷ καὶ συγκαθεύδοντα, ὃς καὶ μόνος ἐπὶ τῆς κλίνης εὑρέθη, τοῦ Ἡρακλείδου κατακλιθέντος μὲν ὑγιοῦς, οὐχ' εὑρεθέντος δέ. καὶ ἄλλοι μὲν αὐτὸν ἀποθανατίσθαι ὑπέλαβον, ἄλλοι δὲ ἐν φρέατι αὐτὸν ἐμβεβλῆσθαι. Aldob.

12 Κελεῦσαι τινὶ τῶν πιστῶν αὐτοῦ τὸ σῶμα κατακρύψαι] Imò κατακαῦσαι. Nam huc videntur pertinere Varronis iſta è ſatyra Περὶ ταφῆς. *Quare Heraclides Ponticus plus ſapit, qui præcepit ut comburerent: quàm Democritus qui ut in melle ſervarent. quem ſi vulgus ſecutus eſſet, peream, ſi centum denariis calicem mulſi emere poſſimus.* Iſ. Caſaub.

clidem Euthyphronis filium, aurea corona
honorarent, et vita functum, ut heroëm
venerarentur. At ubi oraculum delatum
eſt, nihil eos qui hanc ſcenam finxerant,
inde eſſe lucratos. Continuò enim coro-
natum in theatro Heraclidem ſtupidum at-
que tactum ſydere eſſe, oraculi autem con-
ſultores devolutos interiiſſe; Pythiamque
ipsâ illâ horâ, cùm deſcendiſſet in adytum,
draconis, cui inſtitiſſet, morſu continuò ef-
flaſſe animam. Atque iſta ſunt quæ de i-
92 pſius morte feruntur. * Tradit autem Ari-
ſtoxenus muſicus, illum tragœdias etiam
ſcripſiſſe, Theſpidiſque illas prænotaſſe
titulo. Chamæleon quoque ait, illa ſua fu-
ratum, de Homero et Heſiodo ſcripſiſſe.
Autodórus quoque Epicureus illum ar-
guit, contradicens iis, quæ ille de juſtitia
ſcripſit. Inſuper et Dionyſius Metatheme-
nus, ſeu ut alii volunt, Spintharus, cum
Parthenopæum ſcripſiſſet, Sophocli in-
ſcripſit. Ille ita credens, in quodam com-
mentariorum ſuorum ejus teſtimoniis ve-
93 luti Sophoclis utitur. * Id ſentiens Diony-
ſius, quid feciſſet illi indicavit. Neganti
autem et non credenti miſit de exemplari
videndos verſus; et ita habebat Pancalus.
qui in deliciis erat Dionyſio. Cum autem
fidem iis derogans diceret, caſu fieri po-
tuiſſe ut ita ſe haberet, rurſus ad illum ſcri-
pſit Dionyſius. Hæc profectò comperies:

Laqueo vetuſtam non prehendes ſimiam.
Prendes quidem illam, quamvis ægrè id
denique.

Et hæc; Heraclides literas ignorat,
nec erubeſcit. Fuerunt autem quatuor-
decim Heraclidæ. Primus, hic ipſe.

χρυσῷ στεφάνῳ στεφανωθείη πρὸς αὐτῶν· ἀ-
ποθανὼν δὲ, ὡς ἥρως τιμῷτο. ἐκομίσθη δῆθεν ὁ
χρησμὸς, καὶ οὐδὲν ὤναντο οἱ πλάσαντες αὐτόν.
αὐτίκα γὰρ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανούμενος ὁ Ἡρα-
κλείδης, ἀπόπληκτος ἐγένετο, οἵ τε θεωροὶ κα-
τακυλισθέντες διεφθάρησαν. ἀλλὰ καὶ ἡ Πυθία
τὴν αὐτὴν ὥραν κατιοῦσα ἐς τὸ ἄδυτον, καὶ ἐπι-
στᾶσα ἑνὶ τῶν δρακόντων, δηχθεῖσα παραχρῆ-
μα ἀπέπνευσε. καὶ τὰ μὲν περὶ τὸν θάνατον αὐ-
τοῦ τοσαῦτα. * Φησὶ δ' Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς, 92
καὶ τραγῳδίας αὐτὸν ποιεῖν, καὶ Θέσπιδος αὐ-
τὰς ἐπιγράφειν. [13] Χαμαιλέων τε τὰ παρ' ἑαυ-
τῷ φησὶ κλέψαντα αὐτὸν, τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ
Ὁμήρου γράψαι. ἀλλὰ καὶ Αὐτόδωρος Ἐπικού-
ρειος ἐπιτιμᾷ αὐτῷ, τοῖς περὶ δικαιοσύνης ἀντι-
λέγων. [14] ἔτι καὶ Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος ἢ Σπίν-
θαρος, ὥς ἔνιοι, γράψας τὸν Παρθενοπαῖον, ἐ-
πέγραψε Σοφοκλέους. ὁ δὲ, πιστεύσας, εἴς τι
τῶν ἰδίων συγγραμμάτων ἐχρῆτο μαρτυρίοις ὡς
Σοφοκλέους. * αἰσθόμενος δ' ὁ Διονύσιος ἐμήνυ- 93
σεν αὐτῷ τὸ γεγονός. τοῦ δ' ἀρνουμένου καὶ ἀ-
πιστοῦντος, ἐπέστειλεν ἰδεῖν τὴν παραστιχίδα·
[15] καὶ εἶχε Παγκάλως. οὗτος δ' ἦν ἐρώμενος Διο-
νυσίου· ὡς δ' ἔτι ἀπιστῶν ἔλεγε, κατὰ τὴν τύ-
χην ἐνδέχεσθαι οὕτως ἔχειν, πάλιν ἀντεπέστει-
λεν ὁ Διονύσιος, ὅτι καὶ ταῦτα εὑρήσεις,

Γέρων πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ·
Ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται.

[16] καὶ πρὸς τούτοις, Ἡρακλείδης γράμματα οὐκ
ἐπίσταται, οὐδ' ᾐσχύνθη. γεγόνασι δ' Ἡρα-
κλεῖδαι τεσσαρεσκαίδεκα. πρῶτος, αὐτὸς οὗτος.

13 *Chamæleon quoque.*] Is etiam Heracleotes fuit, cujus multa citat Athenæus. *Aldob.*

14 Ἔτι καὶ Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος] Hic fuit Heracleenſis: Cur autem appellatus ſit Metathemenus, licet ex Athenæi verbis intelligere, quæ ſunt hæc. Περὶ δὲ Διονυσίου τοῦ Ἡρακλεώτου τί δεῖ καὶ λέγειν; ὃς ἄντικρυς ἀποδὺς τὸν τῆς ἀρετῆς χιτῶνα, ἀντιμεταμφιάσας, καὶ Μεταθέμενος καλούμενος, ἔχαιρε. καί τοι γηραιὸς ἀποστὰς τῶν τῆς Στοᾶς λόγων, καὶ ἐπὶ τὸν Ἐπίκουρον μεταπηδήσας. Περὶ οὗ οὐκ ἀχαρίτως ὁ Τίμων ἔφη,

Ἡνίκ' ἐχρῆν δύνειν, νῦν ἄρχεται ἡδύνεσθαι.
Ὥρη ἐρᾷν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

Vide eundem lib. x. & Diogenem in Zenone. *Iſ. Caſ.*

15 Καὶ εἶχε] Antea legebatur, καὶ εἶπε πᾶν καλόν. In noſtris codicibus, εἶχε παγκάλως, item πᾶν καλῶς. Quod autem annotat quidam, videlicet, παγκάλος, ferri nullo modo poteſt. Interpres vertit, *Et ita per omnia habebant.* H. Steph.

Καὶ εἶχε παγκάλως] Scribe Πάγκαλος. eſt enim nomen proprium, ut rectè explicat Muretus in ſuis Lectionibus. *Iſ. Caſaub.*

16 Καὶ πρὸς] Γρ. καὶ πρὸς ταῦτα Ἡρακλείδης γράμματα οὐκ ἐπέστειλεν, οὐδ' ᾐσχύνθη. Sed nihil opus erat accuſativo γράμματα, nihilo magis quàm ſuprà cum ἀντεπέστειλεν. H. Steph.

[17] δεύτερος, πολίτης αὐτοῦ, πυῤῥίχας καὶ φλυα-
64 ρίας συντεταγμένος. * [18] τρίτος, Κυμαῖος, γεγραφὼς Περσικὰ ἐν πέντε βιβλίοις. τέταρτος, Κυμαῖος, ῥήτωρ τέχνας γεγραφώς. πέμπτος, [19] Καλιτιανὸς ἢ Ἀλεξανδρεὺς, γεγραφὼς τὴν [20] διαδοχὴν ἐν ἓξ βιβλίοις, [21] καὶ Λεμβευτικὸν λόγον, [22] ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο. ἕκτος, Ἀλεξανδρεὺς, γεγραφὼς τὰ Περσικὰ ἰδιώματα. ἕβδομος, διαλεκτικὸς Βαργυλιήτης, κατ' Ἐπικούρου γεγραφώς. ὄγδοος, ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Ἱκεσίου. [23] ἔννατος, ἰατρὸς Ταραντῖνος, ἐμπειρικός. δέκατος, ποιητικὸς, παραινέσεις γεγραφώς. ἑνδέκατος, ἀνδριαντοποιὸς, Φωκαεύς. δωδέκατος, ἐπιγραμμάτων ποιητὴς λιγυρός. τρισκαιδέκατος, Μάγνης, Μιθριδατικὰ γεγραφώς. τεσσαρεσκαιδέκατος, ἀστρολογούμενα συγγεγραφώς.

Secundus, conterraneus hujus, qui pyrrhichas, nugaſque compoſuit. * Tertius, 64
Cumanus, qui Perſica quinque libris abſolvit. Quartus, Cumanus orator, qui artes rhetoricas ſcripſit. Quintus, Calatianus, ſive Alexandrinus, qui ſex libris ſucceſſionem explicuit, orationemque Lembeuticam, unde et Lembus vocabatur. Sextus, Alexandrinus, Perſicarum proprietatum ſcriptor. Septimus, dialecticus Bargyleïtes, qui contra Epicurum ſcripſit. Octavus, medicus Hicesius. Nonus, medicus Tarentinus, empiricus. Decimus, poëticus, qui præcepta conſcripſit. Undecimus, ſculptor, Phocenſis. Duodecimus, argutus epigrammatum poëta. Decimuſtertius, Magneſius, qui ſcripſit Mithridatica. Decimuſquartus qui conſcripſit de aſtrologia.

17 *Δεύτερος πολίτης αὐτοῦ, πυῤῥίχας καὶ φλυαρίας συντεταγμένος*] An intelligit illud opus quod Λέσχας inſcripſerat? de quo Suidas in λέσχαι; (nam λέσχη interdum φλυαρία) An potius quem Plutarchus Ἄβαριν vocat, & fuiſſe φλυαρίας καὶ μυθολογίας μεστὸν ſignificat? οὐ γὰρ μόνον, inquit, τὰ Αἰσώπεια μυθάρια, καὶ τὰς ποιητικὰς ὑποθέσεις, καὶ τὸν Ἄβαριν τὸν Ἡρακλείδου, καὶ τὸν Λύκωνα, τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῶν ψυχῶν δόγματα μεμιγμένα μυθολογίᾳ μεθ' ἡδονῆς ἐνθουσιῶσι. Non videtur. Nam quid Πυῤῥίχαις cum Abari? de quo multa hodieque apud veteres autores μυθολογούμενα leguntur. quæ, ut puto, quia collegerat Heraclides, libro nomen indiderat Ἄβαρις. Iſ. Caſaub.

18 *Tertius Cumanus, qui Perſica quinque libris ſcripſit.*] Adde etiam τὰ παρασκευαστικὰ, quem librum citat Athenæus. c. 74. 1. 254. 52. *Aldob.*

19 *Καλλιτιανὸς ἢ Ἀλεξανδρεὺς γεγραφὼς τὴν διαδοχὴν*] Scribendum Καλατιανός. Puto hunc eſſe qui ſcripſerat Succeſſionum Sotionis epitomen. Laërtius in Demetrio, Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Σωτίωνος Διαδοχῶν. Et in Pythagora, Ἡρακλείδης δ' ὁ τοῦ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ. quare quod ait hoc loco Diogenes, cum ſcripſiſſe τὴν Διαδοχὴν, de illa Epitome puto accipiendum. Citat enim Laërtius in Zenone Eleata, Satyri Epitomen ab Heraclide conſcriptam, ubi tamen fortaſſe verius legeremus Sotionis quàm Satyri nomen. *Iſ. Caſaub.*

20 *Succeſſionem ſex libris.*] Quos Athenæus hiſtoriarum libros appellare videtur. *Aldob.*

21 *Καὶ Λεμβευτικὸν λόγον, ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο*] Citat Feſtus Pompeius Heraclidem Lembum in voce Roma. Athenæus lib. III. laudat hiſtoriarum iſtius librum trigeſimum ſeptimum: ut appareat opus fuiſſe longum & plurimorum librorum. neque puto Laërtium ejus hiſtorias intelligere, quum dicit, eum ſcripſiſſe λόγον λεμβευτικόν ſed diverſa ea fuiſſe opera. *Iſ. Caſaub.*

22 *Ex quo Lembus vocatus eſt.*] Sic etiam Athenæus appellat. *Aldob.*

23 *Nonus medicus Tarentinus.*] Cujus Athenæus συμπόσιον citat. c. 37. 11. *Idem.*